



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Formosior mortui species.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

nunquam intermitteret preces vt è labiorū motu intelligebatur, in effigiem Deiparæ fixo obtutu: paulòq; post sanctissimam Crucem sæpius religiosissime exosculatus, eamq; altera manu, altera cereum sacrum fulgentem sustinens inter litanias, quasi placidè obdormiscens, absq; vlla doloris, migrationisq; significatione sanctam animā magno cum spectantium mœrore, multisq; lacrymis, procreatori suo reddidit hora post meridiem tertia cum dodrante, Apostolo Thomæ sacro die vesperascente. Quo die ante septendecim annos Collegij eius possessionem inierat. Beatæ illi migrationi præsentis interfuere Præpositus Sebastianus Veronius, Patres duo Capuccini, duoq; senatores, præter domesticos omnes, qui flexis genibus circumfusi perseverabāt in precibus. Post horæ spatium visa demortui facies formosior, quàm spirantis: & in manus quoque viuis quidam, ac roseus color diffusus.

Formosior mortui species,

Re per Ciuitatem vulgata incredibilis omnes Ordines dolor incessit: quod si instans amantissimi Patris excessus enotuisset, ægre communis populi concursus prohiberi potuisset. Consilio habito senatus vterq; sacer, ac laicus, quo tantum

Honos habitus et à Frisburgo genibus.